Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

to a terra. omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat. significans quam morte esset moriturus. Responderunt ei turba. Nos audiuimus ex lege. quia xps manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis. Quis est iste filius hominis. Dixit ergo eis ihs. Adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis. ut non tenebre uos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris. nescit quo uadit. Dum lucem habetis credite in lucem. ut filii lucis sitis. Hec locutus est ihs et abiit. et abscondit se abeis. off. Qui me derelinquis meis domine ne ad te confugi doce me facere uoluntatem tuam quia deus meus es tu. sec.

Hec sacrificia nos omnipotens deus potenti uirtute mundatos. ad suum faciant purioris uenire principium. P. pfacio. Qui salutem humanam. co. Qui tabescant et reuereantur in multitudine miseriarum malis meis induantur pudore et reuerentia qui maligna loquuntur aduersum me. copl. Prebeant nobis domine diuinum tuum sacramentum. quod corporaliter et actu delectemur et fructu. P. 3 pp. Adiuua nos deus salutaris noster. et ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignatus es. tribue uenire gaudentes. P. Fer. iij.

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri ihu xpi in quo est salus uita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumus. V. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet uultum suum super nos et misereatur nostri. Nos autem. Omnipotens semper deus. da nobis ita domine passionis sacramenta pagere. ut indulgentiam percipere mereamur. P eundem. lec. Jeremie pphete. In diebus illis. Dixit ieremias. Domine demonstrasti mihi et cognoui. tu ostendisti michi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur aduectimam. et non cognoui. quia cogitauerunt